

Prefatio huius libri.

Quamini mundi estote *Isaye. i.* Ex quo nos sacerdotes omnino non communem statum cum populi-
laribus sed segregatum ab eis habemus et longe di-
gniores. quia clerici sumus et sacerdotes. Clerici
enim cuiuscunque status sint exemplum esse debent
et speculum laycorum ut habet. viij. q. i. Qualis. Sed
ex quo mi frater et preamande germane mihi in quadam episto-
la siue missiva scribis. ex intimis desiderijs cordis tui. quomodo
ad intra pias et devotas amonitiones emendandi vitam tuam
medius sepius habueris. et recedere intendas ab ista vita carna-
li voluptuosa et luxuriosa quam duxisti plusquam ad viginti tres an-
nos. interim videlicet quod rexit tuam parochialem ecclesiam in
ciuitate. H. Sed cum recesseris ab orationibus tuis. et intres tue
habitationis domum. tunc occurrat tibi tua valida cum suis geni-
tibus ad quam nimio carnali amore afficiaris. que mox expellat
diuinum ac spiritalem amorem a corde tuo. Et sic habeas primum
bellum intra te. Sed amor concubine tue et puerorum tuorum supe-
rent omnem amorem diuinum. ut non possis temetipsum superare. De-
inde mihi scribis quod tu prebeas omnibus prochanis tuis ma-
lum exemplum. nec audeas ut deberes publicanum peccatorem et
adulterum vtriusque secus corrigere. cum tu ipse sis talis ut in tali
auaritia asseris necessarium esset. Et petis a me in prefata epistola
ut scribam tibi aliquas consolationes. informationes devotas. nec
non et strictas ammonitiones per quas possis teipsum vincere et
recedere a via tua mala et pessima. et per consequens damnosa.
O germane carissime. epistolam a te missam legi. et iterum perlegi.
et ex una parte cum lacrimosis oculis deplorans tuum damnosum
statum. et ex alia parte cum magno gaudio considerans exscriptum
is. quia misericors deus visitat cor tuum. et pulsat cum magna ca-
ritate ad tue mentis ianuam. Stude ergo sibi aperire cor tuum
et prepara ei habitationem in anima tua. et ad hec cooperari volo
libentissime. Sed est mira res quod mihi scribis pro informatione
et auxilio cum tu sis me senior immo et doctior ex quo tamen ascen-
disti gradum magistrum. ego vero in gradu baccalariatus permansi.
Ecce mi frater hoc est quod ante plures annos loquebamur mihi
AA ij



P̄fatio libri.

tuo. quia tibi multū fuit contrariū q̄ ego intraui sanctā obser-
 uantiam regularē. quia tenuisses me libētissime in seculo. ⁊ ego
 te libētissime duxissem ad sanctā religionē. ad vitam artam ⁊ sci-
 entiam. per quā itur ad astra. ⁊ me sequi noluisti. sed vltra modū
 placuit tibi puerfatio mundanorū hominū vtriusq; sexus. Ac
 mūdana leticia cuius tñ extrema luctus eterne dānationis oc-
 cupabit. et tñ non fecimus. ¶ **Exemplū.** Sicut quidā duo fra-
 tres de quibus legīt. quorū vnus erat fatuus et alter sapiens.
 et ibant pariter in eadem via. Cum autē venissent ad quoddā
 biuiū vbi erant due vię. vna delectabilis et pulchra. reliqua p̄o
 distorta et aspera. Et fatuus videns viā delectabilē dixit sapi-
 enti. Eamus per hāc viam. Sapiens dixit. nō frater: q̄ quis
 bec via sit delectabilis. ducit tñ in hospitiū valde malū. vnde
 consulo q̄ p̄ aliam viam transeamus. Nam quis sit aspera et
 dura ducit tñ ad hospitiū valde honestū et quietum. Rñdit fa-
 tuus. Magis credere volo meis oculis q̄ tibi de his que non
 vides. Et posuit se fatuus ad viā delectabilē et amenam. qđ vi-
 dens sapiēs nolens eum relinquere secutus est eum. Pergētes
 igit̄ simul. pergerunt in latrones qui eos ab inuicem sepantes
 posuerūt in carceres diuersos. Factū est autē vt rex illius terre
 perciperet quadā die omēs incarceratos coram se adduci vt ip-
 sos iudicaret. Veniētes autē isti duo fratres inter alios. et cuz se
 mutuo viderēt. sapiens frater dixit regi. O dñe mi rex et iudex
 ego valde p̄quorū vobis de isto fratre meo. Nam cū essemus
 pariter in viā. et ipse frater fatuus fuerit. ego p̄o sapiēs reputa-
 tus. nolebat mihi credere vt iuissimus p̄ viam bonā quam sibi
 demonstrauī. fecitq; me secū ire per quandā viā vbi cecidimus
 in latrones. vnderēus est mee mort̄. Fatuus vero ecōtrario dī-
 cit regi: Non. Sed cū ipse sapiēs erat nō debuisset me tam fa-
 ciliter secutus fuisse. per viā quā sciuit fore malam. qđ si fecisset
 rediissem vtiq; et eum secutus fuissē. et pñs periculū nullate o-
 m̄p̄s incurissemus. vnde vere reus est mortis mee. His vbiis
 ex vtrāq; pte auditis Rex talem prulit sententiā dicens. Tu fa-
 tue noluisti sapiēti credere. et tu sapiēs secutus es fatuū in iū-
 nere. igit̄ ambo debetis iam suspendi et morte damnari. Sic
 erit in die iuditij. tñ eribunt anie de latibulis. et corpora de se-
 pulchris ad recipiendū iuditū de cōmissis omnib⁹ ⁊ obmissis

Nam corpus fatuū quia noluit sequi consiliū anime sapientis.
 Et spiritus sapiens. quia secutus est corpus fatuum. Igitur dā
 nabunt ambo in iudicio extremo. Et hac de causa sententia
 iudicis dicit gladius et utraq; pte acutus. Nam perciet tunc
 quo ad corpus et quo ad animā miserum peccatorem. Unde
 ergo dicitur. Darbei. x. Illū timere qui habet corpus et animā
 perdere in gehēnam. Ex his dictis mi frater collige quis inter
 nos duos sit frater fatuus. Vel quis sit frater sapiens et quis
 stultus. Q̄ sapiēter ego feci q̄ te nō sum secutus in itinere
 sez in ista vita seculari criminosa et dānosa. Tu em̄ inter tot la
 trones infernales corruisti. quot peccata mortalia cū tua dali
 da ac in vita tua comisisti. Suscipe mi frater et de te exemplū
 et euangelio de diuite epulone et. Lazaro pauprimo: tu cōside
 rasti principiū et presentiam cū diuite. Ego vero finem. Tu eter
 na supplitia. et ego gaudia sempiterna cū lazaro. Considera q̄
 dissimilis sit vita corū. Sic per cōsequens dissimilis est exitus et
 mors corū. Nam morit̄ diues et ania eius a demonib; sepelit̄
 in inferno. Morit̄ et lazarus. et anima eius a sanctis angelis de
 portat̄ in sinū abrahe ubi gaudet cū omnibus electis corā deo
 in celesti patria sine omni carētia et defectu. Diues vero torquet̄
 in inferno cū demonibus atq; dānatis sine fine in omni defectu
 et penuria. Quia rogauit iā multis annis pro vna guttula aque
 et nō est exauditus. nec in eternū exaudiet. Et sic ibūt hij in re
 quiem sempiternā. Isti vero in supplitiū eternum. Domenta
 neum est vero qd̄ delectat. Sed heu sempiternū est qd̄ cruciat.
 Qua in re colende ac amātissime germane scribā tibi et omnia
 bus alijs sacerdotibus tibi equalibus sanam doctrinā q̄m quod
 mihi dñs dederit. Orem; dominū p̄ gratia sua. Explicit. plog.

De ornāmētis sacerdotū ca. i

Auamini mūdi estote ubi supra. ¶ Ubi primo sciendū
 q̄ clerici debēt esse ornati duplici ornamento. sez inte
 riori et exteriori. Ornamentū interius cōsistit in virtus
 ribus. in quibus debēt cōmunem populū precellere: alias vilissi
 mi sūt. Quia vilissimus est qui prestantior. i. dignior est: nisi etiā
 precellat alios in scientia et sanctitate. vt habet. i. q. i. Vilissim;
 Debēt etiā clerici pre alijs esse caritativi: cōpassiui: humiles: be

AA iij

*De hoc amag
p̄ p̄p̄os p̄p̄os*

Qualit̄ dñs se dñs